

De vegetabilibus & plantis

tunc fiet vniuersalis separatio malorum a bonis: & ad modum cicerum mali alligabuntur fasciculis ad comburendum igni: quod se in igne gebenne similes associabunt sibus: ut eadem eos retineat pena quos similis tenuit culpa. Sed triticum. i. bonorum collegium recondet in horreo celi. Quarto propter effectum nocivum. In ciceris habet vim acutam quodammodo venenosam: inflatiam et ventosam. In ebrietate inducit mentem percutit & caput ledit: panem cui admisceat inspicit. De quo si quis comedat in magna quantitate non solum eum grauius ledit: sed etiam occidit. Igitur in ciceris habet vim acutam representat vitium auaricie: quod auari sunt valde acuti ad decipiendum. Unde Ps. l. Sicut nota macula acuta fecisti dolium. In ciceris habet vim venenosam significat luxuriam que est venenum aspidum insanabile: ut dicitur Deus. xxij. In ciceris habet vim ventosam & inflatiam: significat vanam gloriam siue superbiam: Prover. x. Qui nititur mendacis sic pascit ventos. In ciceris habet ebrietatem inducit significat vitium gula. Contra quod dicitur ad Ep. v. Nolite inebriari vino etc. Sed in ciceris mentem ledit & caput percutit significat iram que caput rationis perturbat & claritatem mentis offuscatur. In ciceris autem panem inficit significat acediam que gustum aie ledit: & spirituales panem verbi insipidum reddit. Sed in ciceris grauius ledit & occidit: significat inuidiam que inuidentem corporaliter & spiritualiter occidit: Job. v. Parvulum occidit inuidia. Ca. XXXVI

Ansuetudo non probatur cui nulla iniuria dicit vel facti irrogat. Arbor enim que nullo vento stante agitat: non propterea immobilis reputatur. Sicut nec lignum quod non arderet ab igne diceretur incombustibile. Eodem modo non debet homo mansuetus appellari dum nulla iniuria fit ei. In Bern. dicit: Sunt que am mites dum nihil fit eis: vel dicitur nisi eo eorum arbitrio. Parebit autem quia longe sunt a mansuetudine si leuis oriatur occasio. Item multus homo & devotus linguas maledicorum pungentium non formidat. Cuius exemplum est: quia malus succus leo admixtus tante virtutis esse dicitur: ut si quis eo perunctus fuerit a puncturis pum & aranearum & scorpionum tutus fiat:

sicut dicit Plinius. Malua enim que est herba mollis mansuetudinem signat. Unde malua succus est mansuetudinis virtus: cui si admixtum fuerit deuotionis oleum: ita cor hominis linicndo corroborat: ut neque apum. i. pungituum qui aculeos figunt neque aranearum. i. impostorum que tela texunt & venenum ferunt: neque scorpionum. i. detractorum: qui retro percussit puncturas linguarum formidet. Unde Grego. sup. Ezechiel. dicit: Tu lingue detrabentium vel operobria irrogantium corrigi nequeunt equanimiter per omnia toleranda: nec obrectationis sermo timendus est: ne dum peruersorum lingua metuitur: recti operis via deseratur. Iracundus autem homo similis est ligno spinoso quod pungit amplectentem se. Nam licet homo amet omnes arbores que sunt in horto suo: spinosas tamen declinat & fugit ne laerent eum. Sic licet omnes homines sint amandi: familiaritas tamen tractu doctum declinanda est: Prover. xxij. Non esse amicum homini iracundo. Ca. XXXVII

Maria mater domini assimilatur cedro: Eccl. xxij. Quasi cedrus exaltata sum in libano. Sunt enim duo genera cedrorum: quod sunt cedri que nascuntur in libano que sunt valde proceri & odoriferi: quarum odor fugat serpentes & interficit vermes. Libano autem ubi nascuntur candidatio interpretatur. Alie sunt cedri maritime: que sunt parue sed fructuose: quarum poma cedrina triplicem habent substantiam. Prima est calida: media temperata: vltima frigida. Per utramque cedrum beata Maria significatur. Ipsa enim instar prime cedri fugat serpentes: id est demones extinguit: vermes: id est prauas cogitationes: & reddit candidas mentes. Similiter instar secunde cedri fructum protulit benedictum scilicet christum in quo fuerunt tres substantie. scilicet deitas: aia & caro. Prima scilicet deitas est valde calida: quia omnium vitiorum consumptina: & omnium sanctorum cordium inflammativa: Hebr. xij. Deus noster ignis consumens est. Media scilicet anima fuit valde temperata: quod omnes virtutes in ea suum medium tenuerunt: & illa nunquam declinavit ad aliquod extremum. Ultima scilicet caro fuit frigida: quia fuit ab omni concupiscentia penitus aliena.